

2. F. S. F. 2.

PROXENETA
DANISTICO-
LOGISTICUS
DISSERTATIONE
JURIDICO-MATHEMATICA

Quae de

INTERUSURIIS SIMPLICIBUS

est rite determinandis,

Explicatus;

Nec non.

Suffragio quorum interfuit,

*In Regia Academia Aboënsi ad publicam, sobriè, placideq;
Philosophantium, disquisitionem delatus;*

PRÆSIDE

SVENONE OJMSBÆCK/
MATH. PROFESSORÈ;

RESPONDENTE

JOHANNÈ SÆCK/
NARV.

Idqve

In Auditorio Max. d. 18. Junij. M DCXC.

A B O Æ,

Imprim. JOHANNES Winter/ Typogr. Reg.
In Magno Duc. Finlandiæ.

VIRO,
QVI
AB ACTORUM
REGIÆ CANCELLARIÆ
SECRETIS


EST,
NOBILISSIMO AMPLISSIMO *QVE*,
Dn. JOHANNI GESHME,
DEMAN/

Promotori meo ut certissimo, fa-
ventissimoque,

Ita
Humili semper, pique observantia
Suspiciendo,

S. P. P. O. Q

Nobilissime Amplissimeque
DOMINE.

 Enediu, & sæpenuméro mecum réputavi, sumque meditatus quanam ratione celebrarem, prædicaremque & tuum istum, VIR NOBILISSIME, in me amorem, pietatemque tantum non paternam : & simul testarer quàm TE ego omni animi observantia devenerer, colamque; optans imo, ut hujus & unà gratæ mentis meæ aliquid, quantulumcunque id demum foret, extaret monumento. Verum quid omnino est, quod mea ars hic (ut cum Comico loquar.) efficere possit, ingenii-que, quam dissimulare non possum, tenuitas, TE Tuoque nomine, ac favore tanto dignum? Certè si gratitudo ex Hesiodio isto, *quod eadem mensura reddere jubet qua acceperis, aut etiam meliori*, æstimanda esset, quàm tum vel vereri oporteret, ne male gratus usque & usque maneam, persiltamque. Nunc verò cum sciam vel aquam vola oblatam, & id genus alia munuscula, ipsis imò a Regibus olim haud fuisse sperata, sperare & ego audeo, hoc quod hic offero, Nomine-que Tuæ NOBILISS. AMPL. exorno, illustroq; de *inter-usuriis* Gymnasma Juridicò-Mathematicum, in quo ex publica Cathedra vires ingenii sum periclitatus tuendo, Tibi haud profus displiciturum fore. Hoc igitur

): (2

gitur

gitur, quicquid fuerit, munusculi, ceu tesseram humillimæ, piæque maxime mentis suscipere faventi fronte, & Tuis, NOBILISSIME, AMPLISSIMEQUE DOMINE, me novum advenam consiliis, favore, patrocínio dignare, beato. TIBI vicissim ego diuturnam & Nestoream hujus lucis usuram, & quævis fausta apprecari non desistam; Quod & hic fiat sollemni non minus quam brevi hac voti formula; Vale.

Tui NOBILISSIMI NOMINIS

Humillimus Cultor

JOHANNES FAUER.

Ad

Ad

Pereximium & præstantissimum

DI. JOHANNEM **ΣΑΛΛΑ /**

Amicum & affinem per dilectum

Προσφώνησις :



Em præstas magnam dum sic
defendere tentas

Materiam raram, Præsidente
per celebri;

Ausus allaudo insignes, congrator,
& opto

Fortunare velit singula cœpta
Deus!

L. Mg.

PETRUS **ΣΑΛΛΑ.**

);(3

Ad

Ad Lectorem benevolum
PRÆFATIO.



Retam bonas artes inter, & Scientias omnes, esse necessitudinem, imò Sororio eas quodam cobere-re, jungiqve vinculo, tralatitium est. Quod tamen ipsum, si de ullis earum verum, de MATHEMATICIS Longè censendum est verissimum. Scientiæ tantum non quævis, artesque, Seculo hoc, ævoque nostro (mirum quàm altè) caput extulere, effervantque in dies. At quid horum, quæsumus, præclariorum, Subtiliorumque inventorum est omnino omnium, quod hujus ingeniosæ, castæque Sororis, MATHE-SIN loquimur, auspiciis, auxiliæve, ductuque fido non debetur? Quod sibi opera præstitum esse, auxiliique ingenue confitebitur, saltem confiteri debet, quicquid est, opinamur, & Scientiarum, & artium, que ingenue perhiberi velint. Enimvero, ut ceteras in præsentiarum mittamus, & quicquid simul de earum grata in hanc mente fuerit: Certè ea, que juris est, & æqui dilce-ptatrix, queque suum cuique tribuere docet, Lumina hinc, id est, à MATHE SI, accepta non videtur, aut posse, aut velle sine debitarum fanore Laudum eidem debere. Non hic quidem animus est altius repetere officia disciplinarum mutua, nec ipsam, que hinc derivanda est, queque nunc temporum magis, magisque invalescere videtur, MATHEMATICAM Philosophandi methodum: Præstitum id, pro ingenii modulo, est alio loco, atque tempore. Hoc saltem isthuc quicquid est meditariuncule ostendere conatur, quàmnam ratione & ipsa argumenta juridica juxta àxéβεταυ Mathematicam explicari, demonstrarique & possint, & nonnunquam debeant. Adeo vetusto isti Stagi-

rensi decreto, quo jura & res, quæ fuerint cunque, morales ex
classe scientiarum apodicticarum eliminantur, novella isthæ,
& MATHEMATICA philosophandi ratio obniti audeat! De
cetero non volumus L. B. Clam TE esse Schediasma quoddam uni-
us alteriusve pagelle de eodem hoc argumento, insertum actis (**)
eruditorum Lipsiensium primam nobis occasionem, cogitationem-
que dedisse, idem paulo distinctius, pleniusque discutiendi,
proponendique. Quæ id nunc felicitate factum sit, Tuum e-
rit, O Bone, judicare; si conatus boni bene audierint Proxe-
nectæ huic id nostro satis erit nomine Philantropi; Vale.

(**) AN. M DC LXXXIII. sub nom. G. G. L.

NOVEL-

NOVELLA **
LEONIS AUG. COGNOMENTO PHILOS.

Qua vetitum patris BASILII decreto *Fenus*
iterum restituitur.




*S*i à Spiritus legibus ita se mortale genus regi sineret, ut humanis præceptis nihil indigeret, id vero & decorum, & salutare esset: at quoniam se ad Spiritus sublimitatem elevare, divinæque legis vocem amplecti non cuiusque est: ac vero, quos huc virtus ducat, numero valde pauci sunt: bene sese res adhuc haberet, si saltem secundum leges humanas viveretur. Quæ vocantur pecuniæ creditæ *USURÆ*, ubique à Spiritus decreto condemnantur. Id sciens Pater noster, etern. mem. Princeps, usurarum solutionem sanctione sua prohibendam putavit. Atqui propter paupertatem res illa non in melius, (quem tamen finem legislator proposuerat) sed contra in pejus vergit. Qui enim antea Usurarum spe ad mutuandam pecuniam prompti fuerant, post latam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere possint, in eos, qui pecuniis indigent difficiles, atque immites sunt. Quin etiam ad facile Jurandum, quodq; id serè consequitur, ad jusjurandum abnegandum id occasionem præbuit. Breviter propter redundantem in humana vita perversitatem. Non modo non profuit legis virtus, verum etiam obfuit. (& post pauca) Propterea præscriptum illud abrogamus: ac in contrarium statuimus, ut aris alieni usus ad usuras procedat.

** Quæ Constitutio, ejus est LXXXIII.

SECTIO PRIMA COMPLECTITUR DEFINITIONES.

DEFINITIO I.

 Roxeneta is nobis est, & dicitur Danistico - Logisticus, qui in impeditioribus rationibus negotiationis scænebris rite supputandis, justeque interpretandis operam suam commodat, interponitque.

SCHOLION.

§. I.



T non eadem curæ, occupationesque eorum, qui in judiciis contractibusque *Proxenetæ* audiunt, sint, fuerintque; Eorum tamen sollemniores, & magis necessariæ nobis hæ videntur, quæ circa rerum, quod prisca ævis obtinebat, simplicem permutationem, & quæ ejus postmodum vices subivit, emptionem, venditionemque sese exeruere. Etenim quicquid fuerit de rebus ejusdem naturæ, fortisve permutandis, puta cum aurò quis aurum, ferrum ferro, vestes vestibus, aut cum Glauco, cui

- Κρονίδης (a) Φρένας ἔξέλετο ζεύς ;
 ὅς πρὸς τυδείδην Διομήδεα ζεύχέ ἀμείβεν
Saturnius mentes eximit Jupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma mutavit,
armis arma commutaverit ; Certè cum rerum diverſi
 generis inſtituenda permutatio foret, qualis Homericæ iſta
 cenſenda, de qua Sabinus, & Caſſius cum Nerva, & Pro-
 culo in Pandectis (b) diſputant, ubi.

- - οὐνίζοντο κατηκομώνητες Ἀχαιοί
 Ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰθωνίσι σιδήρῳ
 Ἄλλοι δὲ ῥινόισι, ἄλλοι δ' αὐλοῖσι βόεσσι,
 Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδοισι

Comati Achivi, alii quidem ære, alii ſplendido Ferro,
 alii verò pellibus, alii autem iſtis bubus, alii rurlus manci-
 piis vinum in caſtra ſua Trojana è Lemno adveſtum merca-
 bantur; Qvî, inquam, putandum hæc, & id genus alias per-
 mutationes utcunq; fieri commodè potuiſſe, ſine juſta æſti-
 matione, pretioque rerum? Æſtimatio autem in eo conſiſte-
 bat, ac vertebatur cardine, ut ſciretur, ac deſineretur quan-
 tum quiſque mercis ſuæ, id eſt, dandæ, pro tanto ex alia
 exhibiturus eſſet per permutationem ſuſcipienda. Idque,
 five pondus cum pondere, meſura cum meſura, numerus
 cum numero contendenda venirent; aut etiam, qvòd haud
 infrequentius factum, meſurandæ ſpecies cum adnumeran-
 di, adnumerandæ cum penſitandis, adpendendæ cum adme-
 tiendis commutandæ eſſent. Et vero tali commercio, rerum-
 que permutatione, quarum ratio, æſtimatioque haud ita in
 vulgus fuit nota, explorataque, invaleſcente, eique inſuper
 non raro partium contrahentium moroſitate, deque pretio, u
 amat fieri, diſſenſu oboriente: quis non videt qvàm neceſſa-
 ria hic fuerit provocatio ad aliorum, hoc eſt ad horum, de
 quibus jam res eſt, hominum, & Proxenetarum, interpre-
 tumque

(a) *Iliad.* ζ' v. 234. (b) *lib. 18. leg. 1. D. de contrab. empr.*

tumque operam? Et hi sunt ipsi, quos Græcia nunc laxiori, communiorique vocabulo Προξένων μέσων (c) μεσιτών, μεσιδιών, δικαστών μέσων appellare: nunc proprio, & ad venditiones, emptionesque magis restricto, Προπραξίων, μεσοπραξίων, nuncupare sivevit. Horum quippe, ut recentior latinitas locuta est, mediatorum, id est parariorum, interpretumque erat, inter duos contrahentes, scientiam, industriamque suam tanquam medium interponere conciliandæ emptio- ni, mercium commutandarum pretia definiendo.

§. II.

Verum enimvero, ut prisca ista mercandi ratio desit, NUMMUSq; & inventus, & in commercia civitatum paulatim introductus fuit, fatendum equidem horum proxenetarum, sive μεσοπραξίων artem in emptionum, venditionumque contractu haud æquè, ac antea requisitam; nummus quippe postea pararii instar habitus est, atque proxeneta. Et hoc est, quod Aristoteles (d) innuit, nummum dicendo in emptionibus, venditionibusque, γίνεσθαι ὡς μέσον καὶ ὡς περ μέσον πάντα συμμέτραις μετρήσας, καὶ ἰσότητων, interpretis, & pararii vice fungi in rebus omnibus commensurandis, æquandisque. Paulò (e) Idem in iisdem Nicomachiis inferius, nummum scribit esse κοινὸν μέτρον ὃ πάντα μέτρεται. Quamvis non inficiandum Philosophum vocabulis μέτρα & μέτρα, una alluisse ad proprietatem, indolemque rerum, quarum erat haud inficiens, Geometricarum. Ut enim quæ mensurando definiuntur, ex Symmetræ sunt, quæ communem mensuram habent, admittuntque: Ita in mercibus permutandis, quibus nummus vice pretii intervenit definiendis, ex commensurabiles dicuntur, quarum eadem fuerit æstimatio. Scilicet, cum res olim, mercesque, mercibus essent permutandæ, non potue-

(c) Conf. Arist. lib. v. Eth. Nicomach. c. 7. ut & Pol. l. v. c. 6.
 (d) Lib. eod. v. Eth. Nicomach. c. 8. p. m. 65. (e) Lib. & Cap. cit.

erunt non in tanta generum, specierumque, quæ in iis occurrunt, diversitate quam plurimæ coæquationes surdæ, & quantitates incommensurabiles obvenire, quas omnes nummi, veluti novæ quædam inventæ potestates, tollentes, universæ mercaturæ rationum æquationes exactiores, expeditioresq; effecerunt. Quod ipsum non solum observatur, cum nummus ut pretium, pro re emenda exhibetur, sed etiam cum merces invicem mercibus commutandæ venirent; Prius enim quàm commutatio fieri solet, earum in nummis æstimatio præmittitur, ut sicri- tère magis ad exæquationes mercium permutandarum procedatur, & quidem eo cum effectu, ac si pari res mensura tradita, acceptæque essent. Et huc pertinet illud Pauli Icti de inventione nummi, nimirum ideo electam esse certam materiam, ut ejus (f.) publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret.

§. III.

Ceterum licet per inventum, & interventum novi hujus pararii, veterum Proxenetarum muneri non parum derogatum fuerit, tantum tamen abest, ut id prorsus fuerit abrogatum, ut etiam hic ipse Proxeneta, Interpretæque (nummum loquimur,) illico novo sui interprete egere cœperit. Et hoc vel ideo, quod nummi pretium perquam varians, æstimationeque alternis major minorve sit. Aristotelis quippe hac in parte ut plene satisfiat desiderio negotia humana nec passa sunt, nec patiuntur: qui videtur velle numisma (g.) ἀεὶ ἵσταν δύνασθαι, idem semper valere: aut ad minimum idem μέναι μᾶλλον, διὸ δὲ πάντα ἡμῶν, eodem, quam res ceteræ mortaliū, constantius debere manere statu, ut facilius inde mercibus reliquis pretium constituatur omnibus. Vicissitudines hæc nummarie æstimationis duplicis potissimum sunt generis: quarum alias publicas, alias privatas haud incommode dixeris; Publicas

(f) leg. cit. i. D. de contrab. empt. (g) Lib. & Cap. ante cit.

blicas appellamus eas, quæ mandato, & authoritate fiant ejus, vel eorum, penes quem, aut quos, summa in civitate imperii est. Talium nobis exemplum revolutionum, vel potius devolutionum, ut domi factas, notioresque prætereamus, ad memoriam satis illustre fata æris, assisque Romani præbere poterunt. Æs primo Romanis *grave* certâ nota, quæ ponderis indicium faceret, signatum in usu fuit, quod adeo verum, ut ejusdem æris gravis assēs, assisque partes, in antiquiorum Gazophylaciis reperire sit hodieque. Hi assēs principio *integre libræ* pondus habebant, indeque *Librarii* dicti. Punico vero bello primo, cum sumptibus publica res haud par esset ferendis, librarii hi assēs ad *Sextantiariorum* pondus fuerunt redacti. Hos Sextantarios porro, nova Rempubl. necessitate, inopiaque, ad quam Annibal, bello Secundo Punico, Romanos redegit, urgente, adfligenteque, exceperunt *Unctarii*; unctarios lex Papyria in *Semunciariorum* convertit: Qui & ipsi dimidia tandem sui parte, id est, ad quadrantem unctiæ diminuti fuerunt: adeo ut veteres illi, librarii-que assēs, octonos sic, & quadragenos horum novorum dederint. Privatæ nummi æstimationis mutationes sunt, quas negotia, rationesque privatorum (saltem in civitatibus mercaturæ, commerciisque addictioribus) inter se privatim alternis tantum non mensibus, & hebdomadibus efficiunt; Quas verò pretiorum vices ultro, citroque nosse quàm haud parum referat eorum, quibus rite uti foro propositum, animusque fuerit, nemo non videt. Id autem, id est, alternans fori ratio, ut resciatur, ab iis præsertim qui alius, peregrinæve sint civitatis, diligente non minus quàm perito interprete opus est. Et hic cum primis hodiernorum Proxenetarum intervenit studium, operaque, Hi enim sunt, qui præ ceteris in alternas pretiorum nummi, merciumque quarumlibet advehendarum aut avehendarum vicissitudines sollicitius inquirent, easque, si quid de hujus illiusve temporis æstimationibus quæstionis, & controversiæ obortum fuerit, supputent, interpretentur

& explicent, & quidem ad minima usque, quæ Prætor, quod dicitur, haud curare solet. Patet itaque quàm hodieque proxenetæ in emptionibus, venditionibus, non solum, ut Ulpianus ait, (h) *utiles*, sed & necessarii sint: & simul patet, quid, qualisque eorum olim officium fuerit, quod est in hoc propositæ definitionis Scholio primum.

§. IV.

Reliquum nunc est, ut videamus, an rationes contractusque fœnebres, circa quos supra definitus occupabitur Logista, emptioni, venditionique affines, geminique sint, ipsaque adeo fœneratio jure negotiatio censi debeat. Quod Latinis fœneratio, & fœneratoria, est, id Græcis dicitur *Δανεισμός*, & *Δανειστική*: quorum utrumque nominum posteriorum ἀπὸ τῆς Δανείας, à *mutuo* nomen mutuatur. Quemadmodum autem in commodato, si merces intervenerit accesseritque, contractus mutat nomen, sique ex mutuo, vel commodato, à parte *dantis* LOCATIO, a parte *accipientis* CONDUCTIO; Quid juris prohibet, idem in mutuo hoc usurario obtinere? Imo vero *Locate*, & *Collocate* pecuniæ disertæ mentio in jure (i) non prorsus infrequens, nec non eum operis, vecturisque locatis quædam quasi contentio. Et *pensio* merces haud minus appellatur ea, quæ ex pecunia fœnerata solvitur, quàm illa, quæ pro ædium usu, atque habitatione posticitur; Est qui pro insulæ, vel prædii, quæ locare velit, inhabitatione pecuniam pacificatur; Est item alius, qui insulam istam, aut prædium illud, et se se lege conducere velle pronunciet, si eam, vel id, fœnoris, quod pro pecunia mutuo danda debebitur, loco inhabitare sibi licuerit. Quod Imperatori Alexandro (k) adeo æquum visum, ut nec tale fœ-

(h) lib. L. tit. 16. D. de verb. sig. l. 3. de proxenet. (i) Conf. sis lib. XXII. tit. 1. leg. 33. D. cum lib. XII. tit. 6. l. 55. eorum D. 56. (k) lib. IV. tit. 32. l. 14. Cod. de antichresi.

le scenus illicitum videri debere rescripserit, etiam si fors pecunia conducta, quam domus locata minus Domino fructus retulerit; Hæc igitur inter se paria: *pro domus mea habitatione pecuniam stipulor, pro mea ergo pecunia domum habitandam*: sed & pro pecunia, quam utendam, do, locoque, pecuniam. Verum ut locatio, & conductio de mercede, ut dictum, conventionem facta, contrahitur, ita emptio etiam, venditioque (1) si de mercede, convenerit. Inter Locationem igitur, & conductionem, item emptionem, venditionemque arcta perquam intercedit familiaritas, affinitasque, imo tanta ut, observante Gajo (m) nonnunquam queri soleat, utrum emptio, & venditio sit, an locatio, & conductionis. Sed vero nec minorem esse, fœnerationem inter, & Locationem, conductionemque jam supra evictum est: Affinis proinde, valdeque propinqua, & hæc emptioni, venditionique, (quæ (n) uni, & eidem æqualia, & sibi invicem sunt æqualia, h. e. negotiationi mercatoriarum. Quid, quod ipsæ leges fœnerationem, disertim negotiationem & qui hoc artis excercent, negotiatores pronunciant, iisque & cum reliquis (o) mercatoribus, ut ad bessem usque centesima usurarum stipulationem extendere, & præ reliquis (p) quicquid fuit negotiatorum, ut militare possent concedunt. Quinimò in novellis SS. Evangelicis (q) *πραγματεύσασθαι pecuniam est fœnore exercere*: & inter ementes, vendentesque unâ recensentur (r) mensarii, & Collybistæ. Non solum igitur Fœneratio arcta propinquitate emptioni, venditionique; conjuncta est, & jure quedam ipso audit negotiatio; Quod hic § ostendendum jubebat; sed & si talis, planum est Proxenetam Logisticum vi Schol. & § 3, præcedentis, circa ejus difficiliore, implicatioresque rationes, quarum rem usurariam haud expertem esse, fidem facient vel paulo inferius secutura, jure occupari & posse, & debere: Quod est in hoc data definitionis Scholio alterum, & postremum. DEFI.

- (1) *Argumento leg. 2. tit. 2. lib. XIX. D. (m) l. 2 tit. 2. lib. XIX. D. (n) Eucl. lib. 1. ax. 1. (o) vid. vel lex. 26. Tit. 32. lib. 4. cum gloss. annex. (p) l. XII. tit. 3; l. unica. Negot. ne m. (q) Luc. 19. v. 13. 15. (r) Math. 21. 12.*

DEFINITIO II.

Interusurium (vulgo Rabat.) sive resegmentum anticipationis, est differentia, inter summam fortis, vel usuræ ad certam, præstitutamque diem debitæ, præsentemque ejus valorem.

SCHOLION.

§. I.

Nec vacat, imò, nec restrictius hoc institutum admodum poscere videtur, ut ad genera & modos usurarum, eorumque adpellationes, denominationesque Græcis, Romanisque olim sollemnes descendatur explicandas. Præstitum id, si quid judico, accuratè non minus quam abunde jam dudum à consummatissimi judicii ictu Claudio Salmasio (s) ut & Joh. Frid. Gronovio (t) Guil Budæo (u) Ezech. Spanhemio (x) aliisque, qui rem veterum nummariam scriptis suis explanatam, illustratamque dedere. Partium potius in præfens nostrarum erit calculo paulo exactiori, & logistico inquirere, determinarèque quanto is plus petierit, qui plus tempore petierit, & quanto minus solvere æquum fuerit illum, qui post annorum aliquot decursum debere inceperit. nunc solverit. Ut enim minus (y) solvit, qui tardius solvit, & tempore minus solvitur; nec solidum solvit,

(s) *Lib. de mod. Usur. Cap. 1. 2. 3. - 10.* (t) *de fest. Rom.* (u) *l. de Assè. ejusq. partibus* (x) *in de præstantia & usu Numism. antiqq.* (y) *Lib. L. 16. l. 12. D.*

(2) solvit, si quid quantitati desit; aut, si quantitas quidem ipsa solvitur, non tamen ad diem, soluta sit; Ita etiam *justo plus penditur quod plus (yy) tempore, & ante definitum diem penditur*; ut itaque sortis hujus, seu pecuniæ per anticipationem talem solvendæ justa fiat, habeaturq; æqvatio, rescandum venit illud, quod jam supra definiebamus, interusurium. Cujus refectionis ratio, & simul resegmenti quantitas, quæ passim apud iustos haud satis explicatur, accuratè subduci, & iniri poterit, duabus his, quæ sequuntur, ex jure assumptis suppositionibus.

§. I.

SECTIO SECUNDA HYPOTHESES
EXHIBET, ET QVOD POSTULATUR.

QVARUM HÆC PRIOR.

A quo usura, vel fors ante, quam terminus, quo deberi incipit, expiraverit, petitur, is, ut quovis hujus anticipandi temporis anno legitimæ usuræ vicissim præstentur, stipulari poterit.

SCHOLION

UT sensus adscitæ hypotheseos adhuc distinctior evadat, ponamus 1. G. Sejum post quinquennium L. Titio centum esse debiturum, de quibus interea temporis nihil debetur usurarum. 2. L. Titium, ob

B

inter-

(2) argumento leg. 85. tit. 3. lib. XLVI. D. (yy) Inst. J. de Act. § 33.

interventum negotii alicujus necessarii; & presentis pecuniæ egentis, à G. Sejo & petere, & obtinere, ut æs illud futurum alienum nunc solvat: Sed ea lege: ut Titius quovis anno medii temporis: id est, ad finem singulorum intervententium quinque annorum G. Sejo dependat legibus permissam usuram. Enimvero, ut nihil hic interest, utrum pecunia sic soluta adpellatur *fors*, vel *usura*; usura quippe omnis soluta fieri potest *fors*: Ita hunc contractum usurarium nihil nisi nomen commune habere planum est cum eo, quo Sejus *usuras usurarum* legibus (a) prohibitarum stipularetur. Imo tantum abest ut Sejus in vetitum *anatocismum* (ua isthac petitione incidat: ut ceteris paribus L. Titius potius, si nihil *usuræ*, *hujus sortis anticipata* nomine, præstare vellet, censeretur in usurariam pravitatem prolabi: Per Scholium (aa) etenim. Definit. II, plus quòque tempore peti, patet.

HYPOTHESIS POSTERIOR.

§. II.

Compensationem in iis tenet, quæ invicem debentur, justum locum habere: & qui certam sibi de summa, quam accepturus esset, quantitatem detrahi passus fuerit, eum eam ipsam summam, eo ipso tempore, persolvisse censeretur.

SCHOL;

(a) l. 28. Cod. de usur & l. 26. §. 1. tit. 7. lib. XII. D. (aa) quod nititur §. 33. tit. 6. lib. 4. Inst. J.

Notitur hæc, ut nemo non videt, suppositio, jure notissimo, æquissimoque. Unusquisque (b) enim Creditorem suum, eundemque debitorem petentem submovet, si paratus est compensare; nec quicquam putandum in iis, quibus compensationes fieri poterunt, interesse (c) solverit, quis an pensaverit. Imo ipso jure (d) pro soluto compensationem haberi oportet, ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates; & ejusque solius, quod amplius apud alterum est, usuræ debentur.

P O S T U L A T U M,

(§. III.)

Est, quod creditor, debitorque, Titius, & Sejus, de pecunia, cujus nondum dies venit, nunc statim ita contrahere & velint, & possint, ut inter eos simul, semelque, absque alterutrius damno, tota negotij hujus res expediatur.

(b) *juxta leg. 2. tit. 2. lib. XVI. D.* (c) *per leg. 4. tit. 3. lib. XX. D.* (d) *leg. 4. r. 31. l. IV. Cod.*

§§ (1) §§
SCHOL.

HOc concessio, & posito simul, usuras in centum legitimas esse, v. c. quincunces; Ut se jam Titius; debitoremq; Sejum ulteriori hujus negotii molestia liberet, atq; id una, eademq; opera conficiatur, haud ægrè permittet, compensationem illico fieri; Imò minus adhuc credimus, Sejus cum haud parum quandoque intersit (e) nostra potius non solvere, quam solutum repetere; Proinde de sorte vel summa quisque sua jam anticipanda sibi aliquid subduci nomine usurarum futurarum quinquennialium patietur, non quidem (quantum ad Titium) integra viginti quique, nondum enim cædua sunt, sed minus aliquanto. Minus ergo debetur Sejo quàm 25. & Titio quam centum; quodq; hinc utrinque præscindendum sit, id ipsùm est, quod subsequentijs jam propositionibus Cossicis definire constituimus.

SECTIO TERTIA PROPOSITIONES SITSIT:

QVAS INTER HÆC PRIMA.

Si usuræ legitimæ fuerint quincunces, hoc est, fortis totius vicesima, valor unitatis annuo die anticipatæ erit.

$$\frac{1}{1-20\frac{1}{400}} - \frac{1}{8000} + \frac{1}{160000} - \frac{1}{3200000} + \frac{1}{64000000} \\ - \frac{1}{280000000} + \frac{1}{25600000000} \quad \&c., \text{ in infinitum.}$$

Vel

(e) *vi leg. 3. D. de Compensat.*

Vel etiam paulo idem universalius, adhibito caractere quocunque rationis usurariæ numerum designante, proponi hoc pacto poterit:

$$\frac{1}{1} - \frac{1}{v1} + \frac{1}{v2} - \frac{1}{v3} + \frac{1}{v4} - \frac{1}{v5} + \frac{1}{v6} - \frac{1}{v7} \&c.$$

in infin,

DEMONSTRATIO,

§. I.

PER unitatem, cujus hic sub anticipatione annua determinatæ sunt usuræ, intelligitur unitas ex facto, productio: e. g. unus aureus vel aureorum decas, aut centuria una; Adeoque positò Sempronium mihi debere centum, & usuras esse in annum, quincunces, unitas ex facto quæ mihi usuræ nomine post annum debentur, aureos completetur quinque; quinarium quippè una pars vicesima Centenarii est; Pari ratione si usuræ forent semisses h. e. sex in centum, unitas ex facto hoc contineret sex; Centenarius etenim senarium, tanquam unitatem, 16ies + $\frac{2}{3}$ comprehendit, Hæc itaque unitas, si mihi nunc anticipando soluta fuerit, ejus nomine & ego, (per Sect. 1. § 1.) usuram debeo; & siquidem (per Sect. ejusdem §. 3.) placitum est, ut hoc inter nos negotium simul, semelque finiatur; quare sine ulteriori procrastinatione solvere necessum habeo; solutio autem præstari poterit per debiti, creditique inter se contributionem, hoc est (per sect. 2. §. 2.) per compensationem; pati itaque poterò, ut tantundem ex eo, quod mihi nunc à Sempronio dandum

venerit

venerit, deducatur, id est, (per propof. hypothesin) una fortis vicesima; Proinde planum est me nunc accipere debere,

$1 - \frac{1}{20}$ hoc est, unum minus unâ vicesima. Sed vero cum

& Sempronius sic anticipaverit hanc $\frac{1}{20}$ quapropter (per Sect. 2. §. 1.) mihi usuram debet, eamque (ex hypothesi) vicissimam anticipatæ summæ. Isthæc igitur, cum negotium (per Sect. 2. §. 3.) illicò inter nos finiendum sit, præstanda est.

Quocirca dabit nunc mihi $1 - \frac{1}{20} + \frac{1}{400}$ Verum nec dum

quidem res expedita; Quippe hujus $\frac{1}{400}$ nomine, post annum demum caduæ, sed nunc anticipatæ, a me usura (per Sect. 2. §. 1.) solvenda: idque (ex Postulato Sect. 2. §. 3.) absque ulteriori interposita mora; fiat eapropter (vi Sect. ejusdem 2. §. 2.) Compensatio, auferaturq; ex summa pars aliqua usuræ huic debitæ æqua; atque sic mihi nunc reliquantur

$1 - \frac{1}{20} + \frac{1}{400} - \frac{1}{8000}$ Rursus quia & hac ratione $\frac{1}{8000}$ præmaturè depensa est, ideoque (per Sect. 2. §. 1.) nunc, ut antea, usura & peti, & solvi debet, & quidem [virtute postul. Sect. ejusdem 2. §. 3.] nunc statim; Dabuntur ergo mihi jam summam $1 - \frac{1}{20} + \frac{1}{400} - \frac{1}{8000} + \frac{1}{160000}$ &c.

Enimvero similis prorsus, imò eadem est methodus propositionis hujus designationem alteram speciosam, quam universaliorem adpellare visum est, demonstrandi. Nec ejusdem notationis explicatio, intellectusve difficilis est. Nam si ponamus lit. V. exprimere rationem usurariam, quæ hic (ex hypothesi) subvigecupla est fortis, sequitur, $\frac{1}{1} - \frac{1}{V}$ expo-

ni debere, usuram esse unitatem, seu unum (ex facto) minus

una

una sui parte vicesima: eademque servata ratione seu progressionem, loco hujus $\frac{1}{v}$ id est unius vicesimæ subductæ, aliam particulam positivam, nempe $\frac{1}{v^2}$ quæ ejus, iterum fit subvigecupa, adjectam esse. Quæque particula in superiori designatione notatur numero $\frac{1}{400}$ unâ subindicante in quot jam portiunculas integri Sectio facta sit; & sic porro de ceteris. Liquet igitur, hanc legem processus in infinitum servando (hoc est nullius summæ præmaturè solutæ resegmentum usurarium intermittendo, ceteraque, quæ hypotheses sectionis nostræ secundæ volunt, strictè observando) Sempronium nunc mihi debere pendere summam serie propositæ infinitæ continuata ratione vigecupa, sed sub alternatione signorum \dagger & $-$ decrescentis; Quod explicandum erat, atque demonstrandum.

SCHOL.

§. II.

Placitum est hic calculum inire ad modum usurarum quincuncium, quæ ipsæ ex edicto Regio (f) æquæ, legitimæq; pronunciatæ sunt; in judiciisque observari justæ ubi lis fuerit de usuris, in stipulatum haud deductis.

PROPOSIT. SECUNDA.

$$\frac{v}{v \dagger 1} = \frac{1}{1} - \frac{1}{v} \dagger \frac{1}{v^2} - \frac{1}{v^3} \dagger \frac{1}{v^4} - \frac{1}{v^5} \dagger \frac{1}{v^6} - \frac{1}{v^7} \quad \&c.$$

DEMON,

(f) de usuris circa fin. anni MDCLXXXVII. promulg.

DEMONSTRATIO

§. III.

Posito lit. V. significare 20, atque sic fractionem $\frac{v}{v+1}$ notare $\frac{20}{21}$; dicimus hanc ipsam fractionem $\frac{20}{21} =$, id est æquari toti sublequenti seriei infinitæ, hoc est (per demonstr. propr. præced. 1) $\frac{1}{1} - \frac{1}{20} + \frac{1}{400} - \frac{1}{8000} + \frac{1}{160000} - \frac{1}{3200000} + \frac{1}{64000000}$ &c. Quod velsic evincitur: multiplicetur uterque propositorum numerorum, fractio nimirum $\frac{v}{v+1}$, & series, per 21. id est, denominatorem fract., datæ: patet autem illico, quantum ad fract. $\frac{20}{21}$ Multipli- cat: per 21, eam dare 20, sed vero idem fieri, æqualé- que productum obtineri in serie infinita, per eundem denom. id est $v+1$ multiplicata, infra positum ostendet operationis ipsius diagramma.

<i>Multipl. ser. A</i>	+	1	-	$\frac{1}{20}$	+	$\frac{1}{400}$	-	$\frac{1}{8000}$	+	$\frac{1}{160000}$	-	$\frac{1}{3200000}$	+	&c.
<i>per V. i. e.</i>		20												

<i>Fact, erit B.</i>	20	-	1	+	$\frac{1}{20}$	-	$\frac{1}{400}$	+	$\frac{1}{8000}$	-	$\frac{1}{160000}$	+	$\frac{1}{320000}$	&c.
----------------------	----	---	---	---	----------------	---	-----------------	---	------------------	---	--------------------	---	--------------------	-----

<i>Ut & ead. ser. A</i>		+	1	-	$\frac{1}{20}$	+	$\frac{1}{400}$	-	$\frac{1}{8000}$	+	$\frac{1}{160000}$	-	$\frac{1}{3200000}$	&c.
<i>per i. i. e.</i>		1												

Fact,

Fact. erit C.
id est $\dagger 1 - \frac{1}{20} \dagger \frac{1}{400} - \frac{1}{8000} \dagger \frac{1}{160000} - \frac{1}{3200000} \dagger$ &c.

Er. B † C = $\left\| \frac{1}{20} \dagger 1 - \frac{1}{20} \dagger \frac{1}{400} - \frac{1}{8000} \dagger \frac{1}{160000} - \frac{1}{3200000} \dagger \right.$ &c.

Jam itaque, quorum æque multiplicia (axioma generale est) sunt æqualia, ea sunt ipsamet æqualia ; vel quæ (g) ad eandem, eandem habent rationem, & ad quas eadem eandem rationem habet, ipsæ sunt æquales ; sed fractio & series sic, ut ex operatione superiori patebat, multiplicatæ ad eandem sui multiplicem rationem habent eandem, proinde etiam æquales censendæ, Q. E. D.

S C H O L.

§. IV.

HÆc proposit. pro lemmate habeatur sis, quod ex *Arithmetica*, sive scientia ea, quam *infinitorum* appellamus, ulteriori, & pleniori apodixi fulciri poterit.

PROPOSITIO TERTIA.

$\frac{1}{1}$ annuo abhinc spatio debitæ valor præsens $= \frac{V}{V \dagger t}$ DEMONSTRATIO.

§. V.

Si ponatur, hic ut supra, V exprimere notam usurariam, sive usuras esse quincunces, & $\frac{1}{1}$ significare quamcunq; unitatem, sive sortem; planum est hac propositione dici, quamlibet, & quantamcunque sortem annuo die anticipatam valere partes $\frac{20}{21}$ sui; Quod vel hoc brevi synthetico ratiocinio patet; Valor unitatis præsens (per Sect hujus, prop. 1.) est:

$\frac{1}{1} - \frac{1}{20} \dagger \frac{1}{400} - \frac{1}{8000} \dagger \frac{1}{160000} - \frac{1}{3200000} \dagger \frac{1}{64000000}$ &c.

C

Et se.

Et series hæc tota supra posita $\frac{1}{1} - \frac{1}{20} + \frac{1}{400}$ &c. &c.
 (Per propos. 1. præcedentem) æquatur $\frac{20}{21}$. Ergo etiam valor
 fortis cujuslibet, sive unitatis æqualis est $\frac{20}{21}$ hoc est $\frac{v}{v+1}$ Q.E.D.

PROPOS. QVARTA.

$\frac{1}{1}$ post biennium cæduæ valor præ-
 sens, servata eadem hypothefi, $= \frac{1}{1} - \frac{2}{v}$
 $+ \frac{3}{v^2} - \frac{4}{v^3} + \frac{5}{v^4} - \frac{6}{v^5} + \frac{7}{v^6}$ &c. vel $\frac{1}{1} - \frac{2}{20} + \frac{3}{400}$
 $- \frac{4}{8000} + \frac{5}{160000} - \frac{6}{3200000}$ &c. in inf.

DEMONSTRATIO.

§. VI.

Eadem, qua usi sumus hæctenus, hypothefi etjamnum
 retenta; ponendo scilicet usuras legitimas esse quincunces,
 isthæc propositio tenet unitatem sive $\frac{2}{1}$ biennio abhinc debitam,
 sed nunc anticipatam, valere seriem suprapositam infinitam.
 Quod sic patescit. Sejus Mævio $\frac{2}{1}$ sive sortem quamcunque post
 biennium debet, quam si Sejus nunc anticipando solverit,
 à Mævio ipsi usuræ debentur (per sect. 1. §. 1.) eæque ex
 hypothefi quincunces, & quidem hoc anno elapso $\frac{1}{20}$, fatu-
 ro item anno finito iterum $\frac{1}{20}$ hoc est junctim eas sumendo, $\frac{2}{20}$;
 Quæ si (per sect. 2. §. 2. & postul. §. 3 ejusd. sect.) vi compen-
 sationis detractæ fuerint, habiturus Mævius nunc quidem erit
 $\frac{1}{1} - \frac{2}{20}$. Verum quia ope hujus compensationis $\frac{2}{20}$ Sejo antici-
 patæ sunt. Quarum proinde nomine usuras debet, & quidem
 nomine prioris $\frac{1}{20}$ primo anno præmaturè acceptæ $\frac{1}{400}$ posteri-
 oris verò primo, & secundo annis anticipatæ nomine $\frac{2}{400}$. ita
 ut anticipatio primo anno facta sit $\frac{2}{400}$, secundo vero anno $\frac{1}{400}$
 Quæ

Quæ summæ, si summæ Mævii pristinae, (per postul. §. 3 sect 2) adjectæ fuerint, porro nunc ipsi adnumerandæ veniunt $\frac{1}{1} - \frac{2}{20} + \frac{3}{400}$ Sed & hæc rursus ratione Mævius priores istas $\frac{2}{400}$, primo anno, & posteriorē $\frac{1}{400}$ primo, secundoq; anno anticipavit, unde vicissim usuræ pendendæ Sejo, de prioribus $\frac{2}{400}$ erunt $\frac{2}{8000}$, de posteriori $\frac{1}{400}$ autē $\frac{1}{8000}$, quod collectim est $\frac{3}{8000}$ idque anno primo finito: Secundo vero anno de posteriori $\frac{1}{400}$ itidem debetur $\frac{1}{8000}$. Quæ $\frac{3}{8000} + \frac{1}{8000}$ (aggregatum scilicet usurarum utriusque, anni) si de summa Mævii supra definita, ut satisfiat sect. 2. §. 2. & 3, subductæ fuerint, relinquuntur jam $\frac{1}{1} - \frac{2}{20} + \frac{3}{400} - \frac{4}{8000}$ Atqui ita rursus Sejo prior hujus summæ pars, nempe $\frac{2}{8000}$ istæ, uno anno, posterior vero ejusdem summæ pars, puta $\frac{1}{8000}$ duobus annis maturius, quam fieri debuit, soluta est; usuræ itaque de prioribus $\frac{2}{8000}$, ut & posteriori $\frac{1}{8000}$ primo anno anticipatis. quæ junctim conficiunt $\frac{3}{8000}$; secundo autem anno confectio de posteriori $\frac{1}{8000}$ solvendæ veniunt $\frac{1}{160000}$. Aggregatū usurarum utriusq; anni sunt $\frac{4}{160000} + \frac{1}{160000}$. Quod si superius positæ summæ à Mævio accipiendæ addatur, habiturus erit sic tandem $\frac{1}{1} - \frac{2}{20} + \frac{3}{400} - \frac{4}{8000} + \frac{5}{160000}$ Et sic ultra, ulteriusque progrediendo, legesque, & methodum hanc accuratè servando, evidens est eam sortem, summamve, quam Mævius, unius abhinc biennii die, accepturus foret, nunc anticipatam æquivalere seriei propositæ infinitæ; sive $\frac{1}{2}$ post biennium valorē præsentem = $\frac{1}{1} - \frac{2}{v} + \frac{3}{v^2} - \frac{4}{v^3} + \frac{5}{v^4}$ &c. &c.

Q. E. D.

SCHOLIUM.

S. VII.

Hinc itaque patet seriei suprapositæ, id est valoris $\frac{1}{2}$ per biennium anticipatæ, numeratores progressionem Arithmeticam numerisque naturali ordine ascendentibus augeri, signa vero, ac nominatores manere eosdem. Series autem anticipationis triennalis iisdem, perpetuo manentibus denominatoribus & signis, numeratores. habitura erit numeros *trigonos*; *Quadriennis*, *pyramidales*; *Quinquennis*, *trigono trigonos*; & sic plurium porro annorum anticipationes, altiores, altioresque ordines numerorum, quos vulgo *figuratos* nuncupamus, Nobiliss. vero Leibnitzius (ex officio, & usu eorum ducto nomine) *Combinatorios* adpellare solet loco numeratorum indepturæ forent. Verum enimvero cum Apodixis, explicatioq; progressionum harum anticipationum, sc. III. IV. V. VI. VII. VIII, &c. annorum, eodem, ac in quarta hac propositione factum, modo perficiatur, diligenter nimirum attendendo, quantum quovis anno sigillatim, & summam anticipetur; proinde operosiores etiam earum expositionem hinc omittimus; designationis tantum ipsorum numerorum Schema infra exhibendo.

Propos.

Sors	Post nunc annū	SER. INFINIT.				
I	I	$\frac{1}{1}$	$-\frac{1}{20}$	$\dagger \frac{1}{400}$	$-\frac{1}{8000}$	$\dagger \frac{1}{160000}$ &c.
I	II	$\frac{1}{1}$	$-\frac{2}{20}$	$\dagger \frac{3}{400}$	$-\frac{4}{8000}$	$\dagger \frac{5}{160000}$ &c.
I	III	$\frac{1}{1}$	$-\frac{3}{20}$	$\dagger \frac{6}{400}$	$-\frac{10}{8000}$	$\dagger \frac{15}{160000}$ &c.
I	IV	$\frac{1}{1}$	$-\frac{4}{20}$	$\dagger \frac{10}{400}$	$-\frac{20}{8000}$	$\dagger \frac{35}{160000}$ &c.
I	V	$\frac{1}{1}$	$-\frac{5}{20}$	$\dagger \frac{15}{400}$	$-\frac{35}{8000}$	$\dagger \frac{70}{160000}$ &c.

I. V

PROPOSIT. QUINTA.

Quincuncibus, ut hactenus, servatis u-
furis, $\frac{1}{1}$ post aliquot annos debitæ va-
lor præfens = serieb⁹ infinit. numero an-
norum hic infra adhærentibus: quarum
serierum vicissim valor habet sese ut V
ad V + I. hoc est, in ratione subse-
vigecupla est ad sortem, replicata juxta
seriem, numerumque annorum, vid.

*** pag. opp.

SCHOL.

§. VIII.

Missa, ut superius dictum, *infinitarum harum serierum*
fusiori deductione, *potestatum* quæ hic ad dextimam ta-
bulæ columnam conspiciuntur determinatæ, hæc est ra-
tio, demonstratioque. Post aliquot annos, e. g. zennium,

<i>Potest. Coff.</i>		
2 0	L	
2 1		
4 0 0	3	
4 4 1		
8 0 0 0	c	
9 2 6 1		
1 6 0 0 0 0	33	
1 9 4 4 8 1		
3 2 0 0 0 0 0	β	
4 6 8 4 1 0 1		
C 3		

adeoque sub finem
anni MDCXCIII
Summæ quidpiam pe-
cuniariæ TIBI de-
beo: Si ejus jam nôsse:
velis prælentem valorem,
ut rite id fiat inquiren-
dum tibi (juxta no-
stram hanc logisticam)
est prius, quid sors ista
vel summa, sub finem an-
ni MDCXCII, valeat;
Valor

I VI	$\frac{1}{1} - \frac{6}{20} \dagger \frac{12}{400} - \frac{56}{8000} \dagger \frac{126}{1600000} \&c.$	
I VI	$\frac{1}{1} - \frac{7}{20} \dagger \frac{28}{400} - \frac{84}{8000} \dagger \frac{210}{160000} \&c.$	
I VIII	$\frac{1}{1} - \frac{8}{20} \dagger \frac{36}{400} - \frac{120}{8000} \dagger \frac{330}{160000} \&c.$	
I IX	$\frac{1}{1} - \frac{9}{20} \dagger \frac{45}{400} - \frac{165}{8000} \dagger \frac{995}{160000} \&c.$	
I X	$\frac{1}{1} - \frac{10}{20} \dagger \frac{55}{400} - \frac{220}{8000} \dagger \frac{1215}{160000} \&c.$	que
I XI	$\frac{1}{1} - \frac{11}{20} \dagger \frac{66}{400} - \frac{286}{8000} \dagger \frac{1501}{160000} \&c.$	
I XII	$\frac{1}{1} - \frac{12}{20} \dagger \frac{78}{400} - \frac{364}{8000} \dagger \frac{1865}{160000} \&c.$	
I XIII	$\frac{1}{1} - \frac{13}{20} \dagger \frac{91}{400} - \frac{455}{8000} \dagger \frac{2320}{160000} \&c.$	
I XIV	$\frac{1}{1} - \frac{14}{20} \dagger \frac{105}{400} - \frac{560}{8000} \dagger \frac{2880}{160000} \&c.$	
I XV	$\frac{1}{1} - \frac{15}{20} \dagger \frac{120}{400} - \frac{680}{8000} \dagger \frac{3560}{160000} \&c.$	
&c.	$\frac{1}{1} - \frac{20}{20} \dagger \frac{400}{400} - \frac{8000}{8000} \dagger \frac{160000}{160000} \&c.$	

Vert. pag. & vid. prop. 5. SCHOL.

Valor quippe praesens valoris futuri, est valor praesens ipsius sortis. Enimvero summa, quae TIBI tunc temporis, id est, per annum tantum anticipata, debetur (per Propos. 3. sect. 3. aequivaleret $\frac{20}{21}$; Proinde virtute hujus propos. & calculi, si TIBI post annum I sive unitatatem debeo, sique aes illud, sub finem biennii ab hinc, h. e. anni 2di, vel initium 3tiii dissolvendum, periinde erit, ac si TIBI tunc deberem unitatis, istius $\frac{20}{21}$.

$\frac{20}{21}$ seu quod idem, $\frac{v}{v+1}$ ex

- - - - .64000000	B c
98366121	
- - - 1280000000	B β
2065688541	
- - - 2560000000	BBB
43379459361	
- - .5120000000	cc
910968646581	
- - 102400000000	Bβ
19130341578201	
- 204800000000	Cβ
401737173142221	
- 409600000000	BBc
8436480635986641	
= 819200000000	Dβ
177166093355719461	
- 16384000000000	BBβ
22720487960470108681	
- 32768000000000	Ccβ
78130247169872282301	

sorte servatis, scilicet ubiq;
 usuris quincuncibus. Hæ $\frac{20}{21}$
 rursus (per eandem propo.
 Sect. 3) sub finē anni 91 vel
 initium 92 valebunt $\frac{20}{21}$ de
 $\frac{20}{21}$ h. e. $\frac{400}{441}$. Cujus sum-
 mæ, (vi iidem ejusdem
 propo.) sub finem anni
 Præsentis 90, vel auspicia
 91. valor erit $\frac{20}{21}$ de $\frac{400}{441}$
 h. e. $\frac{8000}{22071}$. Eadem, vel
 simili ratione, iisdemque
 positis usuris, ostenditur
 seriem debiti per quadrien-
 nium anticipati æquipol-
 lere fortis $\frac{20}{21}$ sive $\frac{160000}{177147}$
 per quinquennium vero
 ejusdem β, seu sude sol-
 lido, quod complectitur
 $\frac{320000}{48841}$; atque sic por-

ro, juxta ordinem potestatum hinc supra adpositarum collocarum altius, & altius ascendendo invenietur, quod pretium I sive unitatis cujuscunque post sexennium debite, nunc illius ipsius fortis, vel potius lateris sit Bc. h. e. quadraticubus vel dignitas sexta: post septennium Bβ bisurde solidus numerus, aut septimus, ut vocant, gradus: post octennium BBB sive octava dignitas. Hac, inquam, ratione ascendendo, Calculumque continuando, h. e. potestates per latus suum vel continuè multiplicando, vel earum Logarithmos addendo, reperiemus & potestates, quæ in dextima hinc describuntur tabulæ columna tantas esse, & sic annis, & seriebus uti isthinc ponuntur respondere debere, Q E, D.

COROL.

(24)

COROLLARIUM.

Posito debito 100000 valore eorundem
anticipato solutorum est.

V. C.

Per. Ann.		Per. Ann.			
1	==	0 = 95238	11	==	0 = 58468
2	==	0 = 90703	12	==	0 = 55684
3	==	0 = 86384	13	==	0 = 53032
4	==	0 = 82270	14	==	0 = 50507
5	==	0 = 78353	15	==	0 = 48102
6	==	0 = 74622	16	==	0 = 45811
7	==	0 = 71068	17	==	0 = 43630
8	==	0 = 67684	18	==	0 = 41552
9	==	0 = 64461	19	==	0 = 39573
10	==	0 = 61391	20	==	0 = 37689

21	==	0 = 35894	31	==	0 = 22036
22	==	0 = 34185	32	==	0 = 20987
23	==	0 = 32557	33	==	0 = 20087
24	==	0 = 31007	34	==	0 = 19035
25	==	0 = 29530	35	==	0 = 18129
26	==	0 = 28124	36	==	0 = 17265
27	==	0 = 26785	37	==	0 = 16444
28	==	0 = 25509	38	==	0 = 15661
29	==	0 = 24204	39	==	0 = 14915
30	==	0 = 23138	40	==	0 = 14205

SCHOL.

§ IX.

UT dissertatiunculæ hujus usus manifestius aliquantò, evidentiusque pateat, hoc corollarii Logarithmici adjectum est. Complectitur id, sicut vel ipsa *arsoria* demonstrat tabella hac supra posita, quod de una centuria millenariorum, sive 100000, juxta rationem usurarum quincuncium, legitimo interusurio deducto loco sortis pro quovis annorum, qui hic definiti sunt, 40 relinquatur, neglectis tamen. quod in calculo Logarithmico, ut plurimum fieri amat, fractionibus deductio-

deductioni adhaerentibus, ut summa scilicet paulo rotundior inde existat.

Enim vero hinc nunc per erit cuique facile, datae cujuscunq; fortis, ad datos quotcunq; annos, anticipationem vel beneficio *regulae ejus Arithmeticae*, quae *proportionis* dicitur, determinare, aestimareqve; quae determinatio alias satis futura esset tœdiosa, impeditaqve; praesertim, si quis Numerorum vulgarium Logarithmis prolixioribus, tabulisqve plenioribus destitutus fuerit.

M. T. O. A.



Galenus lib. II. de dogmat.

Hippocratis & Platonis.



3
Γ Προβληθῆντος μὲν ἂν ἔτω τύχη, τίς γίνεται
τόκος ἑκατοσὸς δραχμῶν Ἀττικῶν δυσμυρίων
Πεντηαχιλίων ἑξακοσίων ἑτάκοντα ἑπτὰ, μη-
νῶν πσοιρεσκάιδεκα, ΤΟῖΣ ΔΟΓΙΣΤΙΚΟῖΣ
ἐπιρέπασι.

